

ALLOCVTIO AD FILIVM.

ciuitatis salute defigunt, fortunaturum, ipsos ipsorumque domos amplificaturum.

Tu autem, carissime fili, diuina gratia adiutus in eo elaborabis, ut amplissimus senatus Lipsiensis cognoscat, non apud indignum atque ingratum beneficium se locasse. Scholae te semper praeparasti, duibus in primis celeberrimis viris, *Schwarzio*, *Hebenstreitio*, *Kappio*, *Christio*, *Ernestio*, *Leichio*, & cathedram scholaisticam ecclesiasticae praeoptasti. Voti igitur tui, prouidentia diuina, damnatus, noli eorum vestigiis insistere, qui, vix suscepitis muniis scholaisticis, celer-rime fastidio quodam & satietate ab iis alienati susque deque diligen-tem munera suorum curationem habent, sua videlicet persona non satis dignorum, sed laetum te sem-per